



zu 005

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES
DE IVSTITIA
ET IVRE.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISSQ; VIRI,
D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, SS. LL. Licent.
Dictatoris, in celeberrimo Iuris florentissimæ Agrip-
pinensis Academiae Collegio, die Iouis 29. No-
uemb. Anni 1590. pro inueterato
more defendere eni-
tetur.

IOACHIMVS ARSTE.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT. A

In ceteris artibus à generalissimis & Principijs natura notis ordinur: ita etiam hoc loco Imperator Iustinianus à iustitia, à qua tanquam matre nomen iuris descendit, (a) rectè aspiciatur.

(a) Vlp in l. i. in prin. ff. h. n. tit.

CONCLUSIO PRIMA.

IUSTITIA POLITICA (a) per se fons, origo, & causa iuris, est voluntas constans & perpetua, ius suum cuiq; tribuendi. (b) Munus autem ius suum cuiq; tribuendi in equalitate conseruanda consistit: (c) eius quærenda & inuenienda duplex est ratio, & norma, Geometrica scilicet, & Arithmetica. (d)

(a) Nam non agitur hic de iustitia diuina seu spirituali, de qua Euangelium concionatur. (b) §. i. Inst. & l. iustitia 10. ff. h. t. (c) auth. æqualitas C. de pact. conuent. Cic. lib. i. de Orat. (d) VVef. in parat. ff. h. t. n. ii. & in addit. ad Schned. n. 4. & 5.

II.

Geometrica ratio siue proportio est, cum non simpliciter quo ad numerum, sed proportionem aliqua qualitatum, vel graduum inuicem fit comparatio: (a) & habet locum in distribuendis dignitatibus & honoribus, (b) premijs, (c) pœnis, (d) & officijs, (e) & c. Illa enim non equaliter omnino locum habent, sed secundum rationem circumstantiarum, ac qualitatem personarum, & debentur, & dispensari debent. (f)

(a) VVef. in parat. h. n. t. (b) Nam negotiantes artes vilissimas ad dignitates non aspirant l. ne quis 6. & ibi Bart. C. de dignitat. lib. 12. l. fi. C. de Iudæ. l. 3. in prin. ff. de mun. & honor. l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. & c. infamibus de reg. iur. lib. 6. l. 1. & 4. ff. de Senat. Bart. in l. i. C. de nouo C. fac. nu. 10. ii. & 12. & ibi Alex. in addit. in verb. doctorari. Mynf. Cent. 4. obs. 31. (c) l. i. ff. h. t. l. medicos 6. in fin. C. de profess. lib. 10. c. omnib. dist. 3. l. vlt. C. de stat. & imag. (d) l. penul. ff. si ex nox. caus. agatur. opt. tex. in l. Pædius 4. ff. de incend. ruin. & nauif. l. quædam 14. & ibi Bart. ff. de pœnis cum similib. (e) l. Diuus 24. ff. de tut. & cur. dat. ab his l. alienam 18. C. de procurat. c. nullus & c. presbyteri 24. dist. (f) d. ll.

III.

Arithmetica est, cum simpliciter numeri, quantitatis, vel calculi tantum inuicem fit comparatio: (a) & in commutationibus, contractibus, pactis, commercijs, (b) maleficijs, ac delictis, (c) item damno dato (d) & iudicijs, (e) in quibus nullus personarum respectus esse debet, (f) potissimum habet vsu.

(a) Ludo. Grempl. in sua Analys. Inst. Imp. h. n. t. (b) l. 2. C. de rescind. vend. l. 3. C. Commun. vtriusq; iud. In commutationibus enim, contractibus & pactis non quæritur quid personæ conueniat, sed res rebus commutantur, earumque duntaxat habetur ratio, non personarum. (c) quæ æquè committuntur à maioribus & minoribus, l. non solum ii. in prin. ff. de Iniur. quamuis pœnarum sit discrimen vt in th. præced. dixi. (d) Damnum. n. vni atq; alteri ab vno atq; altero sarcendum est. Vulgata l. quemadmodum 29. ff. ad l. Aquil. cum similib. (e) c. in iudicijs 12. de reg. iur. in 6. (f) d. ll.

IIII.

Porro ius pluribus modis dicitur: (a) nonnunquam ius pro necessitudine, veluti est mihi
ius



L148

iurisdictionis vel affinitatis, (b) nonnunquam pro loco in quo exercentur iudicia, (c) nonnunquam pro facultate (d) dicimus: Verum in hac disputatione significat artem equi & boni. (e)

(a) l. penul. in prin. ff. h. t. (b) l. ult. ff. h. t. (c) d. l. pen. (d) §. 1. Inst. de usufructu (e) l. 1. & ibi DD. ff. h. t.

V.

Totius iuris duae sunt positiones: Publicum scilicet & priuatum. (a) Publicum est quod principaliter ad statum, hoc est, stabilitatem & firmitudinem Reipub. spectat: & consistit in sacris, sacerdotibus & magistratibus, iure belli, foederibus & id genus alijs. (b) Priuatum est quod utilitate hominum priuatorum intuetur, eamque principaliter conseruat. (c)

(a) l. 1. §. huius studij ff. & §. fin. Inst. h. t. (b) de hoc habemus in tribus posterioribus libris nostri Codicis, & in aurea Bulla Caroli IIII. Imperatoris. (c) d. l. 1. & d. §. fi. & ibi DD.

VI.

Priuatum ius est tripartitum: collectum est enim ex naturalibus praeceptis, gentium & ciuilibus: (a) Naturalia praecepta, siue ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae in terra marique nascuntur, cuius commune est. Hinc descendit maris ac foemina coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio: hinc educatio. (b) Videmus enim cetera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritiam censeri. (c)

(a) tex. in §. fi. Inst. h. t. & prin. tit. Inst. de iur. natur. gentium & ciuil. l. 1. §. pen. ff. h. t. n. (b) d. l. 1. §. penul. l. vnica §. taceat. C. de rei vxor. act. l. fin. §. ipsum autem filium. C. de bon. quae liberis l. si quis à liberis §. vtrum & ibi Bart. ff. de liber. agnos. idem Bart. in tracta. de alimentis n. 8. Bald. in d. l. 1. §. Ius naturale ff. h. t. (c) d. l. 1. §. penul. ff. h. t.

VII.

Quod autem dixi, educationem liberorum esse iuris naturalis, verum est, quo ad instinctum naturalem, quo parentes ad educandos & alendos liberos mouentur: (a) Nam respectu necessitatis est iuris ciuilibus. (b) Pater enim de iure ciuili officio iudicis cogi potest (nullo pacto (c) vel statuto (d) vt alimenta non praebeantur obstante) ad alendos liberos pro modo facultatum, non solum existentes in patria potestate, & ex iusto matrimonio editos, sed etiam emancipatos & naturales tantum. (e) Sed qui ex damnato sunt coitu omni prorsus beneficio seculi dantur. (f)

(a) d. l. vn. §. taceat cum similib. ad praeced. th. citatis (b) d. l. si quis à liberis §. in prin. l. fi. & per tot. tit. C. de alend. lib. l. non solum §. C. de pat. potest. d. l. fin. §. hoc ipsum C. de bon. quae lib. (c) c. cum quidam §. fin. de iure iur. Emanuel Zoar. in thes. recep. sent. in verb. alimenta n. 169. Felin. in c. si diligenti in secund. memb. prin. de for. compet. Bart. in l. si quis §. §. Parens & ibi Alb. ff. de lib. agnos. Gail lib. 2. obs. 147. nu. 14. (d) l. iura sanguinis §. ff. de reg. iur. l. necare §. ff. de lib. agnos. commune ait Didac. Couarru. de Spon. 2. part. cap. 8. §. 6. n. 3. & 4. Gail lib. 2. obs. 122. n. 14. (e) d. ll. & auth. licet C. de natur. lib. (f) auth. licet C. de natur. lib. in fin. & auth. ex complexu & ibi Bart. C. de incest. & inutilib. nupt. aliud est de æquitate Canonica, quae rigorem iuris hac in parte mitigauit, per tex. singularem in c. cū haberet in fin. de eo qui duxit in matr. gloss. ibid. in verb. secundum facultates Gail lib. 2. obs. 88. n. 3. 4. & 5.

VIII.

Hoc adeo verum est, vt & pater teneatur filium alere in studio necessario: sine quo secundum

cundum consuetudinem, & conditionem sua persona viuere non potest: (a) licet secus sit in studijs, in quibus homines dicuntur militare: (b) & sine quibus quis honestè viuere potest. (c)

(a) l. de bonis 6. §. Non solum & ibi Bart. ff. de Carbon. edict. l. qui filium 4. ff. vbi pupil. educa. (b) de quibus habemus in l. 14. C. de aduocatis diuerforum iudiciorum. (c) Bart. d. loc. Angel. in l. 1. C. de Carbon. edict.

IX.

Non inepte hic queritur: An per diuortium soluto matrimonio Vxor inopia laborans, siue concubina ita egena, vt lactando filio minimè vacare possit, filium intra triennium secundum l. nec filium 9. C. de patr. pot. lactare & alimentare teneatur? Ego non teneri cum Bart. Bald. & alijs censeo. (a)

(a) Bart. in d. l. nec filium 9. & in suo tracta. de aliment. n. 13. Bald. in l. sed et si 11. §. quod autem ff. ad exhib. Idem Bald. in l. alimenta C. de negot. gest. Azo in summa C. de patr. pot. in fin. glos. in c. cum haberet ext. de eo qui duxit in mat. quam poll. per adult. glos. in c. ex literis ext. de conuers. in fid. Schneid. in §. 1. n. 11. & ibi V Vef in addit. In st. de iur. nat. gent. & ciuil. idem dic si mater sit nobilis Domina, quam lactare non deceat, Alex. in add. ad Bart. in d. l. nec filium & Bald. d. loco. Couar. in tracta. de Spons. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 13.

X.

Iuris naturalis vis & effectus est, vt apud omnes in vniuersum gentes peraeque obseruetur, semperq; firmum ac immuabile permaneat. (a) Hinc legitima quae iure natura liberis debetur, (b) & in locum alimentorum succedit, (c) statuto vel consuetudine prorsus & in totum tolli non potest, quamuis illam minui posse non negem. (d)

(a) §. fin. In st. de iur. nat. gent. & ciuil. l. eas 8. ff. de cap. diminit. l. abdicatio 6. C. de patr. potest l. iura sanguinis 8. & ibi Decius ff. de reg. iur. (b) l. cum ratio vlt. in prin. ff. de bon. damnat. §. primum itaque in Auth. de haered. & falcid. & ibi Bart. & gloss. in verb. quale est filijs tex. notab. in l. scripto 6. vers. fin. ff. vnde liberi (c) Bald. in l. 1. §. ius naturale ff. h. t. Gail lib. 2. obs. 122. n. 4. (d) Hanc Camera Imperialis testante Gail lib. 2. obs. 122. & Mynf. Cent. 3. obs. 43. probauit. tenent hanc Bald. in l. 1. §. Ius naturale ff. h. t. Salic. in auth. nouiss. l. ma n. 20. & ibidem Iason n. 56. C. de inoff. testam. Panor. in c. Rainutius n. 12. de testam. Carol. Molin. in addit. ad consil. Alex. conf. 75. in verb. legitimam. Socinus consil. 150. nu. 3. vol. 1. vbi dicit circa veritatem huius quaestionis à ducentis retro annis à DD. disputatum esse, cum similib. Dida. Couarr. in tractatu de Spons. 2. part. c. 8. §. 6. n. 4. & seq. Viuius lib. 1. pp. 316. Emanuel Zoar. in thes. recept. sent. in verb. legitima n. 65.

XI.

Ius gentium est, quo gentes humana vtuntur: quod à naturali recedere, inde licet facile intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se conuenit: (a) Estq; vel primaeum, vel secundarium. (b)

(a) l. 1. §. fin. ff. h. t. §. quod vero, & §. ius gentium In st. de iure natu. gent. & ciuil. (b) DD. cōmuniter in §. 2. In st. de iure nat. gent. & ciuil. & in l. ex hoc iure 5. ff. h. t. & in l. si id quod 64. ff. de condict. indeb. Bart. in d. l. ex hoc iure n. 10. idem Bart. Iason Paul Castren. & Angel. in d. l. si id quod. Maran. in suo Specul. part. 3. nu. 5. Decius in l. cū amplius 85. ff. de reg. iur. Eman. Zoar. in thes. recept. sent. in verb. ius. Bart. in l. neque 4. n. 2. ff. de testam. mil.

XII.

Primeuum dicitur, quod ratione naturali inductum, vna cum omnibus gentibus esse caepit,

9
3
cœpit, absq; aliqua constitutione gentium: (a) vt est seruare pacta & conuentiones, non fallere fidem: (b) huius iuris etiam sunt violentiam propulsare, (c) & qua enumerantur in l. veluti ff. h. t. & recte dicitur ius naturale hominum. (d)

(a) c. naturale dist. 1. Bart. Paul. Cast. Ias. & Angelus locis ad præced. th. citatis (b) l. 1. ff. de constit. pecun. l. 1. in prin. ff. de pact. Bart. in l. ex hoc iure §. n. 10. Iason in d. l. si id quod (c) l. vt vim & ibi Bart. Ias. & Costal. ff. h. t. (d) dicti DD. in d. loco.

XIII.

Sed & successionum origo siue ex testamento, siue ab intestato ex hoc capite iuris gentium venit, vt communis DD. opinio habet: (a) licet Portius & Tolentinas & nonnulli alij rationibus non satisfirmis, contra nitantur.

(a) communem inquit Iason & Bart. in rubrica ff. de acqui. hæreditat. idem Bart. & Ias. in l. interdum. ff. de condict. indebiti idem Iason in l. admonendi col. 74. ad fi. de iure iur. Viglius in §. sed prædicta Inst. de testam. Arius Pinell. in rub. part. 1. cap. 1. nu. 23. C. de rescin. vend. Couarr. lib. 3. resolut. cap. 6. n. 7. Anth. Gomez. de testam. cap. 1. n. 2. Iul. Clar. de testam. quest. 2. Eman. Zoare. in thes. recep. sent. in verbo Testamentum n. 11.

XIV.

Sciendum porro est, defensionem cuius superius mentionem habui, in tantum permisam esse, vt quis se, (a) consanguineum, (b) vel penitus extraneum, (c) defendendo, aggressorem, etiam furiosum, mente captum, (d) ebrium vel dormientem, (e) cum moderamine inculpatæ tutelæ, (f) interficere possit.

(a) l. 2. 3. & 4. C. ad l. Cornel. de Siccar. l. vt vim ff. h. t. & ibid. Bart. & Ias. item Bart. in l. 1. C. vnde vi Schn. in §. 1. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. n. 13. & seqq. Eman. Zoar. in thes. suo in verb. homicidium n. 121. Damhoud. in pract. rerum crim. cap. 76. & vsq; adeo defensio conceditur, vt etiam brutis animalibus competat. l. 1. §. cum arietes ff. si quadr. paup. fec. dicatur. & propterea non defuerunt qui opinati sunt defensionem in Paradiso inuentam fuisse atque ideo nec à statuto nec à Principe tolli posse vt legitur apud Felin. in c. ex parte 2. de off. delegat. (b) l. lex Cornel. §. ff. de iniur. Bart. & Ias. in d. l. vt vim. l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi armat. tex. in c. dilecto de sentent. excom. in 6. & in c. non in ferenda 23. q. 3. & in c. fortitudo. in d. cau. & q. tex. in c. error 83. dist. Bart. in l. deuotum C. de metallis lib. 12. Bald. in l. 1. C. vnde vi 6. col. 3. q. principali (c) c. dilecto 6. de sent. excom. lib. 6. c. non in ferenda 23. q. 3. d. l. vt vim, Bart. in l. si quis in seruitute in fin. ff. de furt. Ang. & Saly. in l. vni. C. de rapt. virgin. Claud. de Seyfello in repet. l. vt vim, mihi fol. 96. Gomez. lib. 3. var. resolut. cap. 3. n. 21. (d) Clem. si furiosus de homicid. Bart. in d. l. vt vim n. 5. qui cit. arg. l. 1. §. cum arietes ff. si quadr. paup. fec. dic. Iason in d. l. vt vim. Gomez. d. l. 3. cap. 3. n. 20. Claud. de Seyfello in d. repet. mihi fol. 80. (e) DD. communiter in d. l. vt vim. (f) l. 1. C. vnde vi quam Bald. ibid. dicit esse thiriacam d. l. vt vim. l. scientiam 46. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. Bart. & Ias. item Claud. de Seyf. in d. l. vt vim cum similib.

XV.

Si tamen defensio non sit facta, cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed insultatus in defendendo modum excefferit, aggressoremq; in fuga occiderit, non homicidij pœna ordinaria, sed extraordinem, iudicis arbitrio punietur. (a)

(a) argum. tex. in l. si adulterium 38. §. Imperatores ff. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de Siccar. l. Diuus Had. §. ff. ad l. Pomp. de parrid. tex. in l. si quis in graui 3. §. si maritus ff. Ad SC. Syllan. c. significauit 3. ext. de pœn. & remiss. Bald. & Ias. in d. l. vt vim & ibi. in repet.

in repet. Claud. de Seyfell. fol. 93. idem Bald. in l. 1. C. unde vi Feli. in c. significasti la 2. ext. de homic. Couarr. in repet. Clem. si furiosus §. fin. n. 3. mihi fol. 605. Menoch. de arbit. iud. quæst. casu 278. Gail lib. 2. obs. 110.

XVI.

Sic etiam confitens se occidisse, sed ad defensionē, alijs non apparentibus probationibus, ab ordinaria pœna excusatur: (a) imò si reus pure negasset, & postea conuictus ad sui defensionem se fecisse diceret, pœnas alias quam capitis luet. (b)

(a) l. fin. C. de probat. l. absentem §. ff. de pœn. Bart. in l. Aurelius 29. §. Idem quæstij, nu. 2. ff. de lib. legat. cuius doctrinam DD. stupendam, mirabilem, auream, singularem, & de pane lucrando appellant, teste Gail lib. 1. de pac. pub. cap. 17. n. 6. Fel. in c. auditis de præsc. n. 30. dicens hoc dictum apud Practicos esse in solenni vsu, confirmat thes. Eman. Zoar. in th. recepta senten. in verb. confessus n. 258. Ias. in d. l. vt vim n. 3. Iul. Clar. in Pract. §. vlt. q. 55. vers. posset quoq; (b) Gail d. loc. n. 10. & alij ibid. allegati.

XVII.

Sed vtrum pro bonorum ac rerum defensione aggressor impune occidatur, maxime inter DD. controuertitur? Ego vel affirmatiuam, (a) vel negatiuam sententiam, (b) pro disputantis arbitrio, exercitij gratia defendam.

(a) l. 1. C. unde vi & l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi armat. l. 4. & 5. vers. si autem cum posset ff. ad l. Aquil. l. quoniam 6. C. ad l. Iul. de vi pub. l. 1. C. quand. lic. vn. fin. iud. l. ex hoc iure ff. h. t. item quia res & bona dicuntur alter sanguis & vita hominum glos. iuncto tex. in l. aduocati. 14. C. de aduocat. diuersi iud. Bald. in l. si tuis nummis C. de oper. libert. communem hanc dicunt Bart. Iason Claud. de Seyfello & Costal. in d. l. vt vim, item Zoaret. in th. recept. sent. in verb. homicidium n. 122. Couarr. in Clem. si furiosus §. fin. per tot. Schneid. in §. 1. n. 13. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. (b) l. itaque 4. in verb. mihi & l. seq. in verb. metu mortis & in l. scientiam in verb. si se aliter ff. ad l. Aquil. l. furem 9. ff. ad l. Corn. de Sic. c. 2. ibi te tuaque c. 3. ibi quod ad furandum non occidendum c. suscepimus vers. verum ext. de homicid. Zoan. in sua defenf. n. 40. & 41. Damhoud in prax. crim. cap. 78. Romul. in tractat. l. vt vim n. 100. & Fortun. ad eandem l. vt vim n. 24. & seqq.

XVIII.

Secundarium verò ius gentium dicitur, quo omnes gentes vtuntur ex constitutionibus suis: idq; exigente rerum vsu, & hominum vitijs grassantibus, necessariò prius illud secutum est. (a)

(a) l. manumissiones cum l. seq. ff. h. t. §. Ius gentium Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. & ibi DD. Bart. Ias. Paul. de Cast. Eman. Zoar. Maran. & Decius in locis sup. th. II. allegatis.

XIX.

Ex hoc iure gentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, edificia collocata, commercium, emptiones venditiones, locationes, obligationes instituta: exceptis quibusdam quæ à iure ciuili introducta sunt. (a)

(a) tex. expressus in l. ex hoc iure & ibi Bart. Bald. Paul. Castr. & Ias. ff. h. t. §. Ius autem gentium & ibi Schneid. & DD. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. IC. Paul. in l. 1. in fin. ff. de contrah. empt. Arius Pinell. Lusita. in rub. prim. part. cap. 1. C. de rescind. vendit.

XX.

Restat vt de tertio membro videlicet de iure ciuili agamus. Ius ciuile est quod quisque populus

4

populus sibi ipsi constituit: (a) & diuiditur in scriptū & non scriptum. (b) Ius ciuile scriptum, aut est ius quod populus Romanus, vel Princeps constituit, vocaturq; ius commune, & continet omnes leges nobis in libris iuris ciuilibus prescriptas: aut est ius quod alij sibiipsis constituunt: (c) & illud dicitur ius municipale, siue statutarium, vulgò Stattrecht. (d)

(a) §. ius ciuile Inst. de iur. nat. & c. l. omnes populi 9. ff. h. t. (b) l. ius ciuile 6. ff. h. t. §. constat Inst. de iur. nat. de iure non scripto seq. disputatione volente Deo habebimus (c) l. omnes populi & ibi DD. §. 2. Inst. de iur. nat. hanc distinctionem ponit Iaf. in d. l. omnes n. 4. Sch. in d. §. 2. (d) DD. communiter.

XXI.

Hoc ius statutarium, omnes iurisdictionem omnem, vel concessam à Principe, vel prescriptam habentes, non expectata alia superioris auctoritate condunt: (a) at si limitatam habeant, de his tantum, (b) si nullam, ad administrationem bonorum (c) statuere possunt.

(a) d. l. omnes, & ibi Bart. n. 4. §. Ius autem ciuile & seq. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. & ibi Schneid. Bal. in l. humanum 8. C. de legib. Ioh. Baptista in repet. d. l. omnes mihi fol. 4. vers. secundo concludit Bart. (b) Bart. Bapt. & alij DD. in d. l. omnes (c) l. i. & l. ambitiosa 4. ff. de decret. ab ordin. fac. Bart. Iohannes Baptista & alij locis sup. allegatis.

XXII.

Hinc satis patet, non solum prefectis Prætorio (quibus hodie comparantur Electores Imperij) (a) Regibus ac Ducibus, sed etiam Comitibus, Marchionibus, Ciuitatibus non agnoscentibus superiorem nisi Imperatorem, & omnibus qui perpetuam habent iurisdictionem, licitū esse inter sibi subiectos statuta sine auctoritate noua Imperatoris cōdere. (b)

(a) de quo vide auream bullam sub tit. Von der Churfürstlichen Freyheit (b) l. i. §. i. ff. quod quisque iuris in alium & c. l. normam 2. C. de off. præf. Prætor. orient. l. non ambigitur 9. ff. de ll. Bart. in sæpè alleg. l. omnes. c. 2. ext. de maior. & obed. c. 2. de constit. lib. 6. c. nos Fredericus in prin. de statut. & consuet. contra liber. Eccles. in vsib. feudorum, Iohannes Baptista in allegat. repet. mihi fol. 7. Borch. in suo tract. feud. c. 5. num. 37. Laurent. Kirch. Cent. 6. com. op. conclus. 58.

XXIII.

Quinetiam statuta collegiorum de ijs rebus quæ ad ipsos pertinent, inter se, modo non contradicant iuri naturali vel diuino, (a) licita & in suum, heredumq; suorum præiudicium seruanda sunt: (b) Vnde mercatorum statuta, etiamsi tendant ad causarum decisionem, vt quod agatur ex nudo pacto: vt credatur eorum scriptis sine testibus: vt procedatur de bono & æquo, reiectis apicibus iuris, & talia similia, etiam absq; alia Principis confirmatione ipsos, inter se, (c) quo ad sua commercia, & negotiationes, in omni foro, (d) non item alios, (e) ligant.

(a) c. sunt quidam 25. q. 1. (b) l. si. vbi Bart. C. de iurisd. omnium iud. l. 2. §. fin. C. de const. pec. vbi Bart. & Bald. Iaf. in l. omnes populi & ibi Bart. & DD. ff. h. t. Ioh. Baptista ibid. in repet. mihi fol. 5. Ang. in §. ius autem ciuile Inst. de iur. nat. & Schneid. ibid. (c) l. si vnus 27. §. ante omnia ff. de pact. l. sed & ea 35. ff. de ll. Alex. Bart. & Iason in l. quædam §. nummularios ff. de edend. Fel. in c. 2. n. 26. de fid. instrum. Ioh. Bapt. d. loc. Gail lib. 2. obs. 20. & obs. 47. n. 12. (d) arg. l. si fundus 6. ff. de euct. Ioh. Bapt. in d. repet. mihi fol. 6. vers. nunquid collegia (e) d. l. si vnus & c.

XXIV.

Ad hæc, statuta super eo quod nullo iure dispositum est, fieri possunt: (a) imò etiamsi quid disposit-

dispositum sit iure communi, modo clausula derogatoria non sit adiecta, (b) aliter statui potest. (c)

(a) l. de quibus 32. ff. de legib. DD. communiter in d. l. omnes & praesertim Bart. nu. 21.
(b) l. eos 26. §. 1. C. de usur. auth. nauigia & ibi DD. C. de furt. auth. cassa C. de sacrosan. Eccles. Bart. in d. l. n. 26. Ioh. Baptista in repet. d. l. nihi fol. 22. vers. circa tertiam quaestionem
(c) l. pacisci 31. & l. non impossibile 50. ff. de pact. c. 1. de Const. lib. 6. Baptista & DD. d. l. oēs & Bart. ibid. d. n. 26.

XXV.

Opportune hic queritur, quinam statutis constringantur? Ego si in rem verba statutorum concepta sint, omnes, si de personis, illas tantum, si simpliciter, externos non constringi, (a) nisi iurisdictionem ipsi vltro prorogent (b) defendere enitar.

(a) de hac materia & quaestione prolixa, quae recte Bart. in d. l. omnes singulari tractata esset repetenda consularur Bart. Iason & Alciat. in l. 1. C. de summa trin. & inde cath. & alij DD. in l. 1. & 2. C. quae sit longa consuetudo Bart. in l. si sine 33. §. Lucius ff. de admin. tut.
(b) l. si fundus 6. ff. de euct. l. Imperatores 34. ff. de iure fisci, auth. qua in prouincia C. vbi in rem agi oporteat. l. saecularij §. 1. ff. de extraord. crim. Bart. in d. l. 1. nu. 20.

XXVI.

Clerici tamen laicorum statutis non comprehenduntur. (a) Ideoque statuta illa quae ingredients monasterium vel moniales a successione excludunt, ex communi Doctorum opinione non valent. (b)

(a) auth. cassa C. de SS. Eccles. & ibi Bart. Cyn. & communiter DD. tex. notab. in c. Eccles. S. Mariae ext. de const. & ibi Panor. in repet. sua nu. 26. & 37. videatur Marant. disput. 8. & Sebast. Medic. in tract. de ll. part. 4. q. 6. Gail lib. 2. obs. 32. Bart. in l. cunctos populos & ibi elegans add. Alex. in verbo ligent Clericos n. 28. C. de San. trin. & fid. cath. (b) tex. in l. Deo nobis 42. C. de Epif. & Cler. & in d. auth. cassa Bart. in l. fin. num. 6. C. de pact. Felin. in c. in praesentia n. 38. de probat. Gail d. lo. n. 4.

XXVII.

Postremo illud pro regula tenendum est, statuta inris communis correctoria, strictissimam interpretationem recipere. (a) Hinc est quod statuta excludentia faeminas extantibus masculis, strictè sint interpretanda. (b)

(a) tex. in c. quae à iure de reg. iur. in 6. & l. quod verò contra 14. ff. de ll. Bald. in l. maximum vitium n. 15. C. de liber. prat. Alex. confil. 196. nu. 2. vol. 6. Bart. in d. l. omnes populi n. 60. & in auth. quae actiones n. 9. C. de SS. Eccles. Gail lib. 2. obs. 33. (b) DD. in d. l. maximum vitium Gail d. obs. n. 10. & lib. 2. obs. 140. n. 10. miki fol. 1223.

COROLLARIUM.

TEstamenti solennitates tum statuto, tum consuetudine demi, additae poterunt: solumque ipsae vel demptae proderunt, vel additae oberunt, qui in statuti vel consuetudinis loco de bonis tum eodem loco, tum alibi gentium positus testabuntur, quamuis exteri & forenses sint. (a)

(a) communia ponunt, Iaf. in l. 1. col. 7. vers. secundum dubium C. de SS. Eccles. Boerius decis. 228. Francif. Viui. lib. 1. op. 306. Gail lib. 2. obs. 123. n. 3. & seq. Couarr. de spons. 2. part. 7. num. 8.

Spes mea Christe Deus.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





Farbkarte #13

B.I.G.

CONCLUSIONES
DE IVSTITIA
ET IVRE.

DIVINA FAVENTE GRATIA,
AUSILIO CLARISS. CONSULTISSQ; VIRI,
Joannis Michaëlis Cronenburgeri, SS. LL. Licent.
Agrippinensis, in celeberrimo Iuris florentissimæ Agrip-
pinensis Academiae Collegio, die Iouis 29. No-
vemb. Anni 1590. pro inueterato
more defendere eni-
tetur.

IOACHIMVS ARSTE.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

